

Band VIII., Nr. 2780, Seite 104-105

Die Grafen Ulrich und Eberhard von Württemberg und die Brüder Eberhard und Arnold von Bürglen beurkunden, dass Berthold von Lichtenstein dem Kloster Offenhausen seine Güter im Aschwang, Lehen derer von Bürglen, übergeben und diese durch andere eigene Güter in Engstingen schadlos gehalten hat.

Konstanz, 1278. April 1.

Omnibus presentium inspectoribus nos Ūlricus et Eberhardus nobiles viri comites de Wirtenberg nec non Eberhardus et Arnoldus fratres de Bürgelon notitiam subscriptorum cum salute. Ut ea que geruntur in tempore, non labantur cum tempore, solent gesta hominum perennari serie scripturarum. Noverint igitur universi, quod nos Berhtoldus de Lichtenstein volentes curam anime nostre et heredum nostrorum in quantum possumus et debemus, sicut moris est apud deum et homines, gerere et provideri, bona nostra scilicet Mahswanch¹ cum omnibus iuribus suis pratis pascuis nemoribus de voluntate dominorum nostrorum Eberhardi et Arnoldi de Bürgelon fratrum, a quibus dictas possessiones in feodum possedimus, dominabus de Offenhausen videlicet priorisse ac aliis dominabus eiusdem monasterii tradidimus et transtulimus in ipsas et in monasterium ipsarum perpetuo possidendas. Et ne dubitatio super dicto feodo possit oriri, nos Ber[tholdus] de Liechtenstein dictum feodum et dictas possessiones dominabus prefatis et ipsarum monasterio debemus tenere loco ipsarum in manibus nostris, donec dubitatio, a quo sint feodum, sit discussa. Hec vero omnia et si[n]gula sunt a nobis et a liberis nostris plenarie determinata et in omnibus perfecta, ita quod nos nec liberi nostri nullam de cetero in ipsis possessionibus questionem habeamus. Ut autem dictus Eberhardus et Arnoldus fratres de Bürgelon serventur indempnes, nos Ber[tholdus] de Lichtenstein de voluntate dominorum nostrorum de Wirtenberg, videlicet Ūl(rici) et Eberhardi, possessiones ad nos iure proprietatis pertinentes, videlicet dictas Slegelshart et dictas Bömloch et dictas Gelphenhübe in Angestingen in territorio dicto Wendelsten sitas, in reconpensationem possessionum, quas dictus Berhtoldus ab ipsis fratribus videlicet Eberhardo et Arnolde prescriptis in feodum tenebat, tradidimus in manus ipsorum cum omni iure ac attinentiis, videlicet pratis pascuis nemoribus ac aliis iuribus ad ipsas possessiones pertinentibus, libere et pacifice iure proprietatis easdem possidendas, ipsas nichilominus ab eisdem fratribus

¹Achwang, Flurname auf den Markungen Kleinengstingen und Offenhausen.

II

nobis et heredibus nostris in feodum perpetuo possidendas. Ut autem hee donationes permutationes et resignationes hinc inde facte non possint ab aliquo vel ab aliquibus aliquatinus revocari, renuntiamus omni iuri tam canonico quam civili omni exceptioni omnibusque litteris tam papalibus quam aliis quibuscunque, per quas dicte permutationes seu donationes possint inpediri vel irritari. Et in huius rei testimonium nos comites de Wirtenberg nec non nos fratres, videlicet Eberhardus et Arnoldus de Bùrgelon, sigilla nostra duximus presentibus appendenda.

 Datum Constantie, anno domini MCCLXXVIII., kalendas Aprilis, indictione VI.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Nur ein Rest der grünseidenen Fäden, an denen das erste Siegel anhing, ist noch durch die Urkunde geschlungen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 511 U 1

Regesten:

OAB Reutlingen, 2. Aufl., II, S. 352.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Bürglen, Kt. Thurgau, Schweiz
Großengstingen Wohnplatz (16046)
Großengstingen, Engstingen, RT
Kleingstingen Wohnplatz (16048)
Kleingstingen, Engstingen, RT
Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Offenhausen Wohnplatz (15854)
Offenhausen, Gomadingen, RT
Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT
Schloss Lichtenstein Wohnplatz (16083)